



## Universitätsbibliothek Paderborn

**IN PRIMVM MV=||SCVLI ANTICOCHLAEVM || Replica breuis  
Iohannis Cohlæi, pro Sacerdotij & || Sacrificij nouæ legis  
assertione.|| IN EPILOGO ADIECTA || est breuis responsio  
in Antibolen Bullingeri.|| ...**

**Cochlaeus, Johannes**

**Ingolstadt, 1545**

**VD16 C 4331**

I. De nuncupatoria Musculi Epistola ad Frechtum.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10167348-1**

# DE NVNCV PASTORIA

## Musculi Epistola Cap. I.



Voniam uero pugnæ uerborum & quæ  
stiones legis ad nihil utiles sunt (ut ait A<sup>s</sup>  
postolus) nisi ad subuersionem adientium  
non libet mihi Muscule tecum prolixecō  
tendere super inani uerbositate tua (quæ  
ad rem, de qua contendimus, nihil facit)

I. Timo. 1.  
& 6.

Sed ea duntaxat, quæ non nihil habent momenti, breuiter  
attingere intendo. Primum igitur æquum uideri non puto Nouus Ec-  
lectori cordato, quod legitime ordinatis Episcopis nostris clesiae Vlmē  
q[ue] etiā sacri Romani Imperij Principes dicunt & sunt, adi-  
mis antiquos titulos, & interim Antistitem Vlmensis Ec-  
clesiae uocas complicem tuum Martinum Frechum, quem  
Vuormaciæ uidi in colloquio bene uentricosum. Nam u-  
truncq[ue] facis iniuste, Nemo enim tibi ius aut potestatem  
dedit mutandi iura publica, Neq[ue] per ullam legem ti-  
bi licet Vlmensi Ecclesiæ nouum instituere Antistitem,  
eamque per hoc, loci ordinario Episcopo Constantiensi  
subtrahere, & ab eius Iurisdictione antiqua illam exime-  
re. Ego tales à uobis intrusos aut seipso intrudentes Episco-  
pos reprobauiauersum te ex Epiphanius, qui scribit quosq[ue]  
dam pro hæreticis habitos esse, quod munus sacerdotale &  
ea quæ Episcoporum sunt, absq[ue]legittima ordinatione usur-  
pare ausi fuerint, licet inter Christianos sanctissime uixis-  
sent. Tu quidem ad hæc respondisti, sed omnino inepte nu-  
Peruersa uer-  
gaciterq[ue] contra manifestum Epiphanius totiusq[ue] Ecclesiæ borum Epis-  
sensum, Vis enim sic excusare, quod Epiphanius Euang<sup>e</sup>phanij expo-  
lij prædicationem sacrificium, & prædicatorem sacerdos-  
sitio.

B tem

In Nuncupatoriam Musculi Epistolam.

tem dixerit, At clara sunt illius uerba, quæ recitauit, nempe quod Zachæus quidam, audenter sancta mysteria contrebabat, & sacrificia, cum laicus esset, impudenter tractabat, Audis clare, Laicum fuisse & impudenter sacrificia tractasse. Recitauit eiusdem uerba de alijs quoque duobus, qui ea, quæ Episcoporum sunt, aggressi fuerant, ad se non pertinentia. Et paulo post recitauit rursus quædam illius uerba de sacerdotio, inter quæ ultima sic habent. Nam cum qui secundas nuptias contraxit, non licet sacerdotium suscipere. Hæc tu omnia aut inepte peruerbis aut astute dissimulas. Et obijcis mihi interim quandam illius epistolam contra Imagines. Sed ad eam respondi iampridem ex septimæ synodi actis, in eo libro quem anno superiori scripsi de invocatione sanctorum contra tuum Bullingerum, Eam lege si lubet responsonem meam, et confuta si potes.

Bb iiiij.  
Non tristitia  
dum de secta  
rum conui-  
tis.  
hil faciant, sed tuam superbiam & mei contemptum lectos  
ri prodant, lubens prætero, quia sicut Sancto Stephano  
cjs. lapides Iudeorum dulces fuisse dicuntur, ita & mihi quo-  
rumlibet Ecclesiæ hostium & rebellantium hæreticorum  
probra, conuictiæ & præ mei contemptu elationes vanæque  
gloriationes, nihil tristitia (Deo sit laus & gratiarum actio)  
inferunt, sed pro gemmis potius in bona spe habeo, que  
decorare debeant in die Domini coronam mei in hac vita  
certaminis,

Quod autem dicas, uobis non licere, sine proditione ue-  
Sceleratum ritatis in concordiam cum aduersariis redire, Sceleratum  
uerbum con- Profecto est mendacium, & fraudulentus nequiciae & im-  
tra concor- pietatis uestræ prætextus, Ut sub hoc ementite sicut folio  
diam. & malis

& malicie uelamento conferueris authoritatem uestram proprijsq; commodi utilitatem & opes in schismate apud seductos à uobis populos. Certe non dixistis ueritatem esse proditam, quando eratis nobiscum unanimes in domo Dei, Nec id dicere poteratis, quia domum Deedicit Apostolus columnam & basim ueritatis.

Non proditur igitur in ea ueritas, sed fulcitur & firma: *1. Timo. 5.*  
tur potius sicut à calumna & basi. Possetis utiq; saluberris Non prodi-  
me, absq; ullo ueritatis periculo, nobiscum in concordiam tur ueritas  
redire, nisi terrena et transitoria plus amaretis quā cœlestia per concor-  
diam.  
*et eterna.* Incubatis ergo seductis populis, quorum opes de-  
glubitis, & uoluptatibus fruimini presentibus quasi post  
mortē nulla sit futura uoluptas, Eos autem perniciosissime  
huius stuticie reprehendit Paulus Apostolus, dicens. *Sustiz 2. Cor. 11.*  
netis enim si quis uos in seruituem redigit, si quis deuorat, si  
quis accipit.

Recte quidem dicas Muscule, ueritatem Christi non esse Veritas in  
diuisam ab Ecclesia, sed mox calumniaris in Catholicam Ecclesia reti  
Ecclesiam, quasi præualeat in ea non ueritatis sed consuetu- netur.  
dinis & humanarum traditionum authoritas, Nisi enim  
in ea præualeret ueritatis authoritas, non recte diceretur co-  
lumna & basis ueritatis, Consuetudines autem & tradicio-  
nes, quas tenet Ecclesia, non sunt contra ueritatem, neque  
contra sacram scripturam, sicut uos calumniose dicitis, sed  
ei per omnia consonant, quia non aliunde quam à spiritu  
ueritatis receptæ sunt. *Iuxta illud Apostoli.* Et si quid aliter  
sapitis, & hoc uobis Deus reuelabit. Contra impias autem *Phil. 3.*  
præsumptiones uestras, quibus cōsuetudines & traditiones *Inordinatae*  
Ecclesie temere ac inordinate abrogatis, ait ad Corinthios *præsumptio*  
*nes.*

B 2 idem nes.

In Nuncupatoriam Musculi Epistolam.

**Cor. 11.** idem Apostolus, si quis contentiosus est, nos talem consuetudinem non habemus neq; Ecclesia Dei, Et ad Thessalonienses. Denunciamus (inquit) uobis fratres in nomine Domini nostri Ihesu Christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionē quam acceperunt à nobis.

**Quærenda** Calumniosa igitur atq; etiā inepta est ista tua quæstio, est ueritas in dum a i s, Quare non quæritur Ecclesia in Christo, in ueritate, in scripturis & Quasi uero extra Christum quæramus nos Ecclesiam, Quod ne somniauimus quidem unquam,

Aut quasi non omnes hæretici arrogant sibi Christum & ueritatem & scripturas atq; etiam Ecclesiæ nomen. Qui uult ergo uere Catholicus esse, ueritatem quærit in Ecclesia potius quam Ecclesiam in ueritate. Nam ab Ecclesia, quæ est basis ueritatis, debet addiscere ueritatem & non ex seipso de ueritate præsumere, sicut faciunt hæretici, qui sapientur superbe plus quam oportet. Reuera igitur non sunt in Christo, qui non sunt in Ecclesia, Nam & tu ipse fateris, oportes

Non Ecclesias, sed schis- cis Ecclesiam Christi omnium miserrimam, cum non pos- matica turba sit misera esse quæ Christum, ueræ fœlicitatis authorem, ba uere misericordia semper secum habet, usq; ad consummationem sæculi, & spiritum sanctum paracletum, qui cum ea manet in æternum.

Non igitur Catholica Christi Ecclesia, sed tua Musculi dis- scors turba & schismatica Ecclesia, uere misera est & seduc- ta, quæ ad portum pacis & fœlicitatis nunquam perueniet, nisi reuertatur ad matrem, à qua per uos seducta infelicitate exiuit.

Cæterum tuū de meo scripto iudicium cordatus lector magni

In Musc ali præfationem.

magni facere non potest , tum quia aduersarius es , ideo ius Quale Mus  
dex in propria causa esse non debes : tum quia uariat tua de culi iuditium  
illo sententia . Nam circa principium Epistolæ dicens , nihil ali  
ud optandum esse quam ut libellus meus passim in omnibus  
Bibliopolarum officinis prostet ac saltem inspiciatur . Insine  
autem ait utilissimum fore , ut Cochleana fascinatio & Ma  
gia (sic enim vocas , pro tua in me modestia ) quam longissime  
me propelletur . Vocas item illud ociosi ac garruli hominis  
nugas . Voca ut lubet , prudens lector , qui utrumque scriptum  
tuum meumque uiderit , facile discernet , uter nostrum sit gar  
rulior .

Quod si & alia uiderit , quæ hic addidi , facile consyderas Ocioſi .  
bit , me non usque adeo esse ociosum , si reputet secum , me ut  
sacerdotem Catholicum per Dei gratiam debere non solum  
legere et scribere , sed etiam orare , sacrificare , Canonicas per  
soluere horas quotidie , et reliquum functionis meæ pensum  
præstare . Quorum nihil faciunt Euangelistæ noui , qui totam  
foelicitatem suam constituunt in scientia , quæ inflat , et  
in laude sermonis , quo plebis animos in Papæ & totius  
Cleri odium plurimis cum peccatis concitant , & in schismate  
confirmant . Hæc ad epistolam dicta sunt .

DE PRÆFATIōNE MV.

sculi & de eius Criminibus . Cap. II.

**Q**uæ in zelum meum ludis , ad rem non faciunt . Ideo Differentia  
responsione non egent . Quod autem diuersos religio inter sectas  
sorum ordines non minus sectas uis diciquām dicuntur à & religiosos  
nobis sectæ Lutheri & Zwinglii , longe aberras Muscule , rū ordines .  
Ordines enim illi publice sunt approbatiper totā Ecclesiā ,

B 3      sectas